



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

VI. De confeßione Petri, & autoritate ei data à Christo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

pehit in celo  
estibus veni  
Quintò, Chri  
Deo nobis cu  
dationis Chri  
tò, dixit Do  
ur sacramen  
ita instruat  
a peracta ho  
eretur à pec  
& surdas  
omino factu  
us est: Post  
miraculum  
pus nostru  
cultum, ma  
omo, v  
dio

**DE CONFES-  
SIONE PETRI ET  
AVTHORITATE EI  
DATA A CHRI-  
S T O.**

**MEDITATIO VI.  
EVANGELIVM.**

**I**N illo tempore venit **I E S V S**  
in partes Cæsareæ Philippi, & in-  
terrogabat discipulos suos di-  
cens. Quem dicunt homines esse fi-  
lium hominis? At illi dixerunt. Alij  
Ioannem baptistam, alij autem He-  
liam, alij verò Hieremiam, aut v-  
num ex Prophetis. Dicit illis **I E S V S.**  
Vos autem quem me esse dicitis?  
Respondens Simon Petrus dixit ei.  
Tu es **C H R I S T V S** filius Dei vi-  
ui. Respondens autem **I E S V S**, dixit  
ei. Beatus es Simon Bar Iona, quia  
caro & sanguis non releuavit tibi,  
sed

*Math. 16.  
Marc. 8.*

**G** sed



sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalent aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

FIGURAE.

Gen. 49. 1. **I**ACOB benedicens suos filios suos amatum peruenit, post datam piosam benedictionem, & mentionem persecutionis fratrum factam, subterit. Inde egressus est pastor lapis hel.

Leu. 13. 2. Deus in veteri lege potestatem dedit sacerdoti iudicandi leprosos, cludendo & condemnando eos qui lepra perseuerabant: liberando vero mundando illos qui signa sanitatis monstrabant.

3. Reg. 17. 3. Deus dedit potestatem Eliae propheta orationibus suis claudendi

aperi  
dimi  
Ecc  
pid  
fundam  
CO  
I BA  
ni re  
xilio a  
uote v  
Iudæa  
tiã hor  
vt quæ  
rahel. I  
tre con  
quitur,  
vt erat  
intentu  
los in fi  
quæstio  
reut hor  
rat quid  
DEVS,  
na cordi  
quæ hor  
tamen, a



aperiendi calum, vt dimitteret vel non dimitteret pluuiã, prout illi videbatur.

PROPHETIAE.

ECCĒ ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem pretiosum in fundamento fundatum. *Esa. 28. 1. Pet. 2. Act. 3.*

CONSIDERATIONES.

IBAT clementissimus generis humani redemptor, pro conuersione & auxilio animarum, in defesso studio & seruuore vitro citroq; discurrens per totam Iudæã ditionem, & omnes ad poenitentia hortabatur: ad id enim erat missus, vt quæreret oues aberrantes domus Israel. Dum ergo officium à cælesti Patre commissum omni diligentia exequitur, venit in partes Cæsareã, ibique vt erat ad omnes homines iuuandos intentus, voluit imprimis suos discipulos in fidei merito promouere, & ideo quaestionem illam proposuit. Quæ dice-rent homines esse filium hominis? No-rat quidem benedictus IESVS, vtpote DEVS, cuius solius est penetrare arca-na cordium, quemq; nulla laeret cogitatio, *Iob. 42.* qua hominum de se esset opinio; sed tamen, atq; si nõ nosset, more hominũ



interrogare voluit. Cur verò, æterna  
 sapientia Patris id facis? an fortè tene  
 desiderio laudum tuarum audienda  
 rum: non certè; nam vt omittā fugisse  
 te semper istas laudes, verbisque & fa  
 ctis vt humilem Magistrum omnes ho  
 militatem docuisse; exigux laudi tibi  
 erat, vt, qui eras splendor gloriæ, & figu  
 ra paternæ substantiæ, habereris vt  
 pro Ioanne Baptista, vel Helia, vel He  
 remia. Id ergo mouerit te ad quæstio  
 nem hanc faciendam, vt nempe disci  
 puli tui discipuli ex vera & fidei confi  
 sione suã referrent meritum & præmi  
 um: in salute enim hominum concen  
 anda requiris etiam ipsorum homi  
 num cooperationem; exigis vt tuae  
 gratiæ etiam nostrum adiungatur  
 tur liberum arbitrium, *ne in vacuum ea*  
*recipiamus*, vt loquitur Apostolus. De  
 de mouerit pariter te Domine mihi  
 flammatum pectoris tui desiderium  
 depellendas viuificæ lucis tuæ splen  
 dore tenebras ignorantiæ, quæ ad  
 mentes Apostolorum obscurabantur  
 tempore passionis tuæ, quo tu ver  
 iustitiæ sol obscurandus eras, vnã  
 illis Iudæorum manerent obscurati  
 Itaque voluisti eas exiguo hoc lumine  
 collustrare, vt te cognoscerent esse

Hebr. 1.

1. Cor. 6.

rum  
 tius  
 re, qu  
 pro  
 stion  
 maxi  
 milit  
 sum  
 Phar  
 & plo  
 scipu  
 teneb  
 via s  
 potiu  
 mag  
 nis ce  
 ptum  
 in. A  
 res in  
 de, qu  
 quen  
 in ter  
 bus v  
 mino  
 qua  
 cat  
 VER  
 alios  
 tes, &  
 rum



rum Dei filium, & Redemptorem totius mundi: nam fingendo te non scire, quid alij de te sentiant, illis declaras, pro quo verè sis habendus. In qua quaestione, vide, quomodo ex vna parte maximè eluceat eiusdem Domini humilitas, quia non quaerit, de opinione summorum Sacerdotum, Scribarum, & Phariseorum, sed vulgarium tantum & plebeiiorum, suorumq; pauperum discipulorum, quia hi maiori desiderio tenebantur cognoscendæ veritatis & viæ salutis, quàm illi. Vnde & IESVS potius gaudebat ab humilibus, quàm à magnæ auctoritatis & nominis personis cognosci & recipi, sicut de eo scriptum est. *Et cum simplicibus sermocinatio eius.* Ac sicut dixit S. Iacobus. *Elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide.* Adhæc vide, quanta molestia Dominus de se loquens non se nominet in propria, sed in tertia persona: cumque alijs nominibus uti posset, tamen utitur tantum nomine filij hominis, quod lingua Hebræa, qua CHRISTVS utebatur, significat hominem plebæum & vulgarem. VERVM bone IESV, cur negligis tot alios titulos meritò tibi congruentes, & solum assumis filij hominis? Verum est, Domine, hominem te esse

*Prou. 3. Iacob. 1.*



opera spiritus Sancti conceptum ex  
 rissimo Virginis utero: sed verissimum  
 quoque est te esse DEVM, altissimu  
 lium, de quo audita est vox de caelo  
 tuo baptismo. *Hic est filius meus dilectus*  
*in quo mihi complacui.* Et cui ab omni  
 ternitate dixit idem æternus Pater,  
*lius meus es tu, ego hodie genui te.* Quis  
 ergo non potius quæris, *quem dicunt*  
*se filium Dei?* sed quæris. *quem dicunt*  
*filium hominis?* Non certè conuenit De  
 mine mi sponsum cognomine spon  
 sæ appellari, at potius sponsam cogno  
 mine sponsi. Sed heu idem ipse amor  
 qui impulit te, cum esses DEVS, homi  
 nem fieri; effecit nunc, vt cum me  
 posses vocari filius Dei, malueris  
 nomen filij hominis nomen vsurpare.  
 tanto enim amore profecutus es he  
 manam naturam sponsam tuam,  
 volueris eam exaltare, & honorato  
 gnomine tuo nobilitare, atque id  
 voluisti omnes fideles appellari filio  
 Dei, quando modum orandi tradidisti  
 illis verbis. *Pater noster qui es celis.* Tu  
 autem humilians teipsum, voluisti  
 semper appellari nomine ipsius spon  
 sæ, & ideo nunc dicis. *quem dicunt homi*  
*nes esse filium hominis?* Cum ergo o  
 ma mea, videas IESVM tuum tanto  
 perè g  
 homin  
 tibi co  
 filia  
 dere o  
 à mun  
 tere h  
 Deo t  
 2. R  
 stoli a  
 varias  
 quod  
 Bapti  
 vel vr  
 magn  
 cū pa  
 gular  
 diuin  
 pane  
 nus m  
 estim  
 rem d  
 nem,  
 illis P  
 runt  
 ad no  
 sed ab  
 erraru  
 inter  
 dacijs

Matth. 3.

Psal. 2.

Matth. 6.



perè gaudere & oblectari nomine filij hominis, æquissimum est, vt tu quoque tibi complaccas, & delecteris nomine filix Dei, malisq; contemnere & perdere omnia alia nomina & titulos, qui à mundo tibi dari possent, quàm amittere hunc vnum tam honorificum & à Deo tibi communicatum.

2. RESPONDERVNT ergo Apostoli ad quæstionem CHRISTI, & varias opiniones populi retulerunt, vt quod alij eum existimarèt esse Ioannē Baptistam, alij Heliam, Ieremiam alij, vel vnum ex Prophetis. Vbi considera magnam illius gētis cæcitatem, quod, cū paulò ante oculis suis vidissent singulare illud miraculum in testimoniū diuinitatis patratū, de saturatis exiguo pane tot hominum millibus nihilominus more hominum humano more res æstimantium, non potuerint sublimiorem de CHRISTO formare opinionem, quàm cum esse vnum ex veteribus illis Prophetis, qui puri homines fuerunt. Et sicut per intellectus cæcitatem, ad notitiam veritatis non peruenerūt, sed ab ipsa veritate seipfos fallentes aberrarunt, sic quoq; sententijs iudicijsq; inter se discordes fuerunt. hæc. n. mendacij proprietates est, semper esse variam

*Matth. 14.*



*Joan. 15.*

& à se dissentiens, sicut contra propriam  
 veritatis est, ut vna tantum sit, & sibi  
 semper consentiens. O benedicite IESU  
 SV; quam parum cognitus es. iam  
 multis annis laboraueras in illo po-  
 pulo predicando, conuersando, & mi-  
 racula multa faciendo, & tamen non  
 dum cognoscunt, quisnam sis. Certe  
 si non fecisses signa & opera, qualem  
 nullus alius vnquam inter ipsos fecisset  
 non magnum esset, si te non cognos-  
 scerent: verum cum tanta feceris, qui-  
 satis sint ad manifestandam tuam di-  
 uinitatem, non modo in Iudæa, sed in  
 toto terrarum orbe, negari non po-  
 test, valde magnam eorum fuisse in-  
 gratitudinem, eoque maiorem, quoniam  
 to plures inter eos ipsos qui te non ag-  
 nouerunt; fuerunt, quos singularibus  
 beneficijs affeceris. Nos autem ex ista  
 eorum cæcitate & tenebris, habemus  
 occasionem magni luminis, capiendi,  
 ad agnoscendos nos ipsos, ingentem-  
 que obligationem, qua Dominus per  
 specialia beneficia nos sibi deuincit:  
 nam & nos eramus homines, nec mi-  
 nus quam ipsi peccato originis excor-  
 datis: itaque oculi mentis nostræ minus  
 idonei erant ad perspiciendas res su-  
 pernaturales & diuinas, quam oculi no-  
 stræ

stua  
 lume  
 re, qu  
 capin  
 nos:  
 dei a  
 tam b  
 cere: I  
 lation  
 uenim  
 merce  
 clesie  
 confu  
 bis co  
 rimur  
 hac in  
 tantur  
 tantur  
 ant, &  
 quod e  
 fidem  
 hoc Ec  
 esse ill  
 nus est  
 Vna est  
 3. C  
 prouid  
 in om  
 postula  
 nunc a



tuæ corporales ad contemplandum  
 lumen solis. Vnde possumus intelligen-  
 re, quantum nunc de diuinis mysterijs  
 capimus & comprehendimus, non iam  
 nos illud lumine nostro sed lumine fi-  
 dei à Deo per suam gratiam & infini-  
 tam bonitatem communicato perspi-  
 cere: In quo habemus magnam conso-  
 lationis materiam, quando quidem in-  
 uenimus nos esse ( quæ est ipsius gratiæ  
 merces ) intra sanctæ & Catholicæ Ec-  
 clesiæ gremium, tantoq; in hoc lumine  
 confirmari magis, quod Dominus no-  
 bis communicat, quanto clariùs expe-  
 rimur opinionem fidelium omnium  
 hac in re esse consentientem, imò vnā  
 tantum, cum hæretici & schismatici  
 tantum opinionibus inter se disside-  
 ant, & contra se mutuo digladiantur:  
 quod efficacissimum argumentum est,  
 fidem nostram veram esse, templumq;  
 hoc Ecclesiæ sanctæ, in quo versamur,  
 esse illud de quo scriptum est. *Verè Domi-  
 nus est in loco isto*, nam vt dixit ipse Deus, *Gen. 28.*  
*Vna est formosa mea, vna est columba mea.* *Cant. 6.*  
 3. CONSIDERA suauem diuinæ  
 prouidentiae dispositionem, quæ sicut  
 in omnium operum suorum executione  
 postulat nostram cooperationem, sic  
 nunc ad dandam occasionem Petro  
 G 5 me-



merendi, comparandiq; se cōfessionē  
 & fidei beneficio ad gradū, ad quem e-  
 rat prædestinatus, post cognitam alio-  
 rum de se opinionē interrogat discipu-  
 los suos dicēs. *Vos autē quem me esse dicunt*  
 quasi diceret, Alios homines huius sa-  
 culi, nihil nisi humanum de me cogi-  
 tare, mirum non est: *animalis enim homo*  
*non percipit ea quæ Dei sunt, sed tantū ma-*  
*culis exterioribus capitur, nec ad inue-*  
*stigandā interiora progreditur. Ceterū*  
*vos, qui estis quasi Dij, quoniam non*  
*estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de*  
*mundo, aliorumq; hominum consor-*  
*tio, vos quibus datum est nosse myste-*  
*ria regni Dei, quibusq; tanquam ami-*  
*cis mea arcana patefeci, omniaq; alia*  
*quæ audiui à Patre meo: Vos deniq; qui*  
*non velut turbæ in itinere per transen-*  
*nam meam doctrinam hausistis & mi-*  
*racula vidistis, sed sapius à me in rebus*  
*ad maiorem perfectionem pertinenti-*  
*bus instituti estis, multoq; plura & ma-*  
*iora miracula, quam turbæ, conspex-*  
*istis, quam opinionem habetis de me,*  
*quod testimonium mihi datis? neque*  
*enim mihi satis est, vos sectari aliorum*  
*hominum opinionem, sed maiora quæ*  
*dam à vobis expecto. Considera primo*  
*hic in modo loquendū Domini, cum*  
*dicit*

*1. Cor. 2.*

*Ioan. 15.*

*Matth. 13.*



dicit, *Vos autem*, magnam eius de disci-  
 pulis confidentiam, quæ eum nullo mo-  
 do fefellit; tam singularis enim & illu-  
 stris ex parte discipulorum secuta est  
 confessio, vt Christi expectationi pror-  
 fus satisfecerint. Deinde cogita, si idem  
 Dominus eadem fiducia quæstionem  
 talem hodie proponeret multis Chri-  
 stianis, qui profitentur se eius sectato-  
 res & discipulos, quam parū quidā Chri-  
 sti voto sint facturi satis. Heu DEVS  
 meus, si, vt tunc, post auditas varias po-  
 puli de te opiniones, hanc quæstionem  
 proposuisti, ita nunc quoque de cæ-  
 lo, post inspectos tam varios errores  
 de diuinitate tua, quos habent, non  
 dico gentiles aut Mahumetani, sed  
 hæretici vel schismatici, qui tamen  
 nomen doctrinamque tuam profiten-  
 tur; imò, quod maiori admiratione  
 dignum est, si conuerteres te quoque  
 ad partes Petri, hoc est, qui in Ecclesiæ  
 sanctæ sinu sub obedientia Vicarij tui  
 in terris viuunt, & ab ijs peteres, *Vos autem*  
*quem me esse dicitis?* hoc est, vos qui con-  
 ficij estis non tantum miraculorum, vt  
 Apostoli, sed innumerabilium alio-  
 rum multo maiorum quæ fideles mei  
 in confirmationem diuinitatis meæ e-  
 diderunt: vos qui non solum in sacris



Euangelij habetis doctrinam à me & apostolis traditam, sed etiam explanationes tot Sanctorum Doctorum & Conciliorum: vos denique quos tot privilegij donavi, quibus tot arcana, aliis ignota, patefeci, ut merito de vobis illud Prophetæ dici possit, *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis.* Si, inquam, nunc quæstionem illam poneres, quot inuenires, qui ob respectus humanos non auderent te confiteri? imò qui sacrilegis suis maledictis te incesserent & negarent? Et licet alii qui ore fortassis te confiterentur, factis tamen negarent, diuinis præceptis minime obsequentes. O quam arctus, quam exiguus in mundo est fidelium numerus, & inter hos ipsos quam pauci sunt sinceri fideles, qui suum Deum agnoscant, & non potius pro Deo habeant & colant aurum, argentum, honorem, Dominos, filios, vel corpus proprium, *quorum Deus venter est.* Verè magnum non fuit benedictum IESVM tunc à cæca illa gente non fuisse agnitum, quando instat sancti Patriarchæ Iacob adhuc induta erat vestibus Esau ad obtinendam benedictionem patris sui Isaac. At quod nunc, quando gloriosus in cælo sedet ad dexteram æterni sui Patris, immor-

*Psal. 147.*

*Tit. 1.*

*Phil. 3.*

*Gen. 27.*

mor  
dica  
qui  
quo  
testi  
ui fia  
hon  
& in  
est.  
4. I  
los f  
Sed  
libus  
diust  
retib  
bunt  
lias, p  
& sin  
mini  
discip  
radio  
nebra  
de Pe  
um, it  
omni  
STVS  
idiota  
elem  
CHRI  
tia resp



mortalitate vestitus, totoque orbe predicatus, & promulgatus à tam multis, qui verbis non solum, sed sanguinis quoque & vitæ suæ profusione illustre testimonium illi reddiderunt, tam parui fiat, & à tam paucis cognoscatur, & honoretur, id verò maxime cæcitatibus & ingratitude nostræ argumentum est.

4. DIXIT ergo IESVS ad Apostolos suos, *Vos autem quem me esse dicitis?* Sed o Domine mi, cur id postulas à viribus istis piscatoribus, qui heri & nudius tertius auocati sunt à sua nauis & retibus? Vel enim nihil tibi respondebunt, vel responsum dabunt, quo, vt alias, proderent potius suam ignorantiam & simplicitatem. Vide magnam Domini bonitatem; nam dum interrogat discipulos, simul quasi diuini luminis radio discutiens è mentibus eorum tenebras, communicat responsum. Vnde Petrus, vti debebat esse caput omnium, ita plus alijs interius illustratus in omniū persona respondit, *Tu es CHRISTVS filius Dei viui.* Vide peccatorem idiotam, qui forte nec prima alphabeti elementa didicerat, interrogatum à CHRISTO, quanta fiducia & sapientia respondet. *Tu es CHRISTVS filius Dei*



*Dei viui.* Confessio verè diuina & admirabilis; in qua responsione ex parte Petri, considera eximiã fidem quam demonstrauit: nam cum hucusq; non vidisset alia miracula à CHRISTO facta, quin eque magna, vel etiam maiora facta sint ab HELIA, & alijs veteribus Prophetis, nihilominus non fatetur turbis illum fuisse vnum ex illis Prophetis, sed perspicuè testatur illum esse magnum illum Prophetã, supra omnes Prophetas, CHRISTVM à Deo promissum in lege, tantopere ab omnibus gentibus desideratum & expectatum. Vbi ex alia parte perspicimus luminis magnitudinem, ad cognoscenda tantum sublimia mysteria illi à domino communicata: cum enim inter omnia ceterius Theologiæ mysteria, duo sint reliquis excellentiora & inexplicabilia, nimirum illud de Incarnatione filii Dei, & illud, de æterna eius generatione, vtrumq; admirabiliter breuissimis grauissimisque verbis confessus est Petrus: nam dicendo eum esse CHRISTVM confessus est Saluatoris humanitatem, simulque respondit ad primam Domini interrogationem, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* nõ fuisse se eum aliquem de Prophetis, vt turbae

Deut. 18.

dix  
 ore  
 qua  
 fessi  
 spo  
 qua  
 quen  
 veru  
 sanct  
 circu  
 land  
 res f  
 tem  
 dris  
 pop  
 tus f  
 non  
 peru  
 grau  
 Petru  
 rus,  
 peru  
 intel  
 mun  
 strin  
 rans i  
 soph  
 percip  
 tius at  
 quam



dixerant, sed CHRISTVM & Messiam  
 ore Prophetarum promissum. Deinde  
 quando dixit, cū esse filium Dei viui, con-  
 fessus est eius diuinitatem. & simul re-  
 spondit ad secundā interrogationem,  
 quam idem dominus fecerat. Vos autem  
 quem me esse dicitis? Vbi considera quam  
 verum sit dictum Sapientis. *Anima viui Eccl. 37.*  
*sancti enunciat aliquando vera, quam septem*  
*circumspectores sedentes in excelsis ad specu-*  
*landum.* O quot sacerdotes & Docto-  
 res scientia & prudentia clari erant in  
 templo sedentes in sublimibus cathe-  
 dris, quos si Dominus, post auditam  
 populi de se opinionem, percunctatus  
 fuisset, Vos autem quem me esse dicitis?  
 non solum non ad notitiam veritatis  
 peruenissent, verum etiam circa eam  
 grauiter halucinati fuissent. Contra  
 Petrus omnis humanae scientiae igna-  
 rus, sapientia autem diuina imbutus  
 peruenit ad tam sublimem CHRISTI  
 intelligentiam. Quid hic dicent huius  
 mundi sapientes, qui ingenia sua & do-  
 ctrinam venditant. Ecce piscator igno-  
 rans intellexit ea quae vniuersa Philo-  
 sophorum schola nunquam perfecte, neque  
 percipere, neque explicare potuit. Iam Pe-  
 trus attractus erat a Patre ad filium; post-  
 quam autem ei se adiunxit, cum quoque  
 filium



- filium Dei confessus est; sic ut Dominus tunc merito potuerit se ad Patrem conuertere, & dicere. *Confiteor tibi Pater Domini celi & terræ, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*. Abeant ergo qui tantopere gloriantur & insolecunt nomine sapientiae, quandoquidem Dominus illis contemptis, elegit simplices & rudes piscatores. Verum ut accuratius cognoscatur, quàm singularis fuerit haec Petri confessio, perpende singula eius verba. Primo enim dicit. *Tu es CHRIS- TUS*, id est, vnctus, non iam oleo sacro, quo vncti sunt Reges & Prophetae veteris testamenti, sed caelesti & diuino, cum plenitudine diuinitatis, quae tota humanitas Saluatoris vncta fuit & consecrata. Adiunxit deinde *filium Dei*, non secundum gratiam, ut nos, sed secundum naturam, non per adoptionem, sed per aeternam generationem. Denique addidit, *Dei veri*, ad discrimen Deorum falsorum apud gentes, qui sunt Dii mortui & insensibiles: ille enim solus est DEVS viuens, in quo est essentialiter vita, & qui solus possidet immortalitatem, teste Apostolo; immo est ipsa vita, sicut de se dicit. *Ego sum*
- Mat. 11.** *vita, à qua omnes aliae res habent suam*
- Psal. 44.** *et vitam*
- Act. 10.** *et vitam*
- 1. Tim. 6.** *et vitam*
- Ioan. 14.** *et vitam*



esse & vitā. Beati, qui ita vitam suam à Domino ipsis communicatam instituerunt, ut mereantur per felicem participationem aeternae & beatæ vitæ viuere & vero Deo coniungi & uniri in caelo, imò per absolutissimam caritatem vnum quiddam fieri cum illo.

5. CONSIDERA quanta benignitate Dominus post nobilem Petri confessionem fidem suorum discipulorum approbarit, testimoniumque de se datum, dicens. *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est.* Vbi vide, quomodo in signum amicitiae & ex singulari affectu illum proprio nomine appellet, vocetque beatum: quandoquidem bonus Petrus, nihil formidulosi, nec carnis infirmitate quam in CHRISTO videbat, offensus, credidit & confessus est verum Filium Dei. Ac verè potuit vocari beatus; si quidem tanto lumine gratiae dignus habitus est, ut firma fide crederet verum Deum esse & Dominum, illum, quem cernebat more aliorum hominum pati famem, sitim, frigus, lachrymari, fatigari, aliisque humanis miserijs subijci. Vnde bene subiunxit dominus, *Bar Iona*, quod secundum literalem sensum, idem est, quod



quod, filius Ionæ. secundum spiritum  
 verò filius columbæ, hoc est, Spiritus  
 sancti, quasi dicere voluisset. Felix  
 beatus tu Simon, qui ex filio Iona  
 hominis vilis & abiecti, factus es  
 filius Spiritus sancti: nam eruditus  
 æterno Patre meo ad eam intelligenti-  
 tiam & confessionis excellentiam per-  
 tigit, quam neque caro, neque san-  
 guis, sed solus Spiritus Patris mei  
 poterat reuelare. Age quæ causa est  
 quod Pater æternus altissima hæc mys-  
 teria potius reuelavit piscatoribus  
 hominibus rudibus & imperitis,  
 non Philosophis, Regibus, Scribis  
 Pharisæis? videtur enim per hos citius  
 maioriq; autoritate propagari po-  
 tuisse fidem CHRISTI. At bene-  
 spondit Apostolus ad hoc dubium  
 quando dixit: *Videte vocationem vestram  
 fratres, quia non multi sapientes secundum  
 carnem, non multi potentes, non multi nobi-  
 les: sed quæ stulta sunt mundi elegit DEUS  
 vt confundat sapientes, & infirma mundi ele-  
 git Deus, vt confundat fortia, & ignobilia  
 mundi & contemptibilia elegit Deus, & quæ  
 quæ non sunt vt ea quæ sunt destrueret. Quæ  
 iudicio mundi erant infirmi, ignobili-  
 les, & contempti, hoc est, homines  
 pauperes, humiles & mansueti, electi  
 sunt*

1. Cor. 1.

sunt a  
 gis ide  
 sunt, p  
 possit  
 tentes,  
 cum h  
 ces sint  
 est, De  
 bi aute  
 altissim  
 tentes  
 tus erg  
 sto in  
 confes  
 iam re  
 vsque  
 profus  
 tur CH  
 tur voc  
 mortu  
 ritate  
 sed no  
 Domi  
 ris, sed  
 nō eni  
 vita vi  
 iā in ha  
 nem be  
 seūt, &  
 do quo



sunt à Deo, quia tales ordinariè magis idonea & habilia instrumenta sunt, per quæ Deus mirabilia efficere possit, quam sapientes, nobiles & potentes, id est, superbi, vani, & gloriosi, cum hi, vt minus diuinæ gratiæ capaces sint reprobati. Nam, vt scriptum est, Deus humilibus dat gratiam, superbi autem resistit & vt benè dixit sanctissima mater, Dominus deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Beatus ergo fuit Petrus, quod à Spiritu sancto instructus non solum cognouit, confessusque est CHRISTVM, sed etiam relictis omnibus, eum secutus est vsque ad sanguinis & vitæ suæ pro ipso profusionem. O quot hodiè confitentur CHRISTVM, nec tamen merentur vocari beati, quia confitentur fide mortua: id est, vitæ spiritualis, quæ in caritate consistit, experti, cōfitentur ore, sed non opere. Et vide quemadmodū Dominus non dicat ad Petrū, *Beatus es*, sed dicat in præsentī, *Beatus es Simon*; nō enim tantū beati sunt, qui in altera vita videbunt & cognoscēt Deū, sed etiā in hac vita per quandā participatiōnem beati dicuntur, qui Deum cognoscūt, & CHRISTVM filiū eius eo modo quo hic possunt, sicut ipse his verbis

*Prou. 3.  
Iac. 4.  
1. Pet. 5.  
Luc. 1.*



**Ioan. 17.** expressit, *Hec est vita eterna, ut cognosca-  
te verum Deum, & quem misisti IESUM  
CHRISTVM.* O quā magna est misē-  
ria & cæcitas mortalium, qui tanto  
labore & discrimine, alij transmitten-  
do mare, alij peregrinando in terra, ali-  
occupando se in varijs & arduis huius  
mundi negotijs, quærūt pacem & bea-  
titudinem, nec tamē inuenire possunt.  
Nam non consistit, nec inuenitur in  
eo, quod illi quærunt: nec vera est via  
ad inueniendam illam, quam illi inue-  
runt, sed **CHRISTVS** solus est pars  
nostra, in eo solo cognoscendo, amari-  
do, & sequendo consistit nostra felici-  
tatis. E contra quam foelices & beati-  
sunt illi, qui relictis & contemptis o-  
mnibus dicere possunt cum Apostolo,  
se nulla alia in re huius mundi gloria-  
ri, nisi in **CHRISTO** crucifixo? Depo-  
ne ergo & tu quoque anima mea cura  
omnem & sollicitudinem, & tantum  
huic scientiæ **CHRISTI**, cælestique  
doctrinæ, quæ te sola beatam reddere  
potest da operam. & quoniam nec ce-  
ro, nec sanguis te eā docere potest, ob-  
secra Patrem æternum, ut sicut digna-  
tus est per gratiam suam reuelare eam  
Petro, sic per misericordiam suam ve-  
lit quoque illuminare te, & informare  
in

**Ephe. 2.**

**Gal. vlt.**

in ha  
niti fi  
ctore  
6.  
posi  
meru  
nus fi  
præd  
vinci  
illi g  
quod  
Dei v  
es Pet  
Eccle  
CHR  
prin  
STV  
ciper  
Petru  
ctior  
Sol i  
men  
eum  
pro  
tri a  
tiner  
vt sig  
si per  
tatis  
lista



in hac vera fide, & cognitione vnigeniti filij sui, vt semel cognitum toto pectore amare & colere possis.

6. **CONSIDERA**, quomodo postquam Petrus sua fideli confessione meruisset præmium, ad quod Dominus sua benignitate & caritate iam eū prædestinarat, mox Dominus ipse, qui vinci non vult gratitudine, liberaliter illi gratiam compensat: nam pro eo quod Petrus dixit. *Tu es CHRISTVS filij Dei viui*, Christus contra respondit. *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Petrus confessus est **CHRISTVM** esse Deum, id est, primū principium rerum omnium: & **CHRISTVS** constituit illum caput & Principem totius Ecclesiæ. Fuerat ante hac Petrus per imbecillitatem & imperfectionem mollis instar luti; at postquā Sol iustitiæ **CHRISTVS IESVS** immensi amoris sui & caritatis radios in eum coniecit, induruit & solidatus est prorsus in petram, vnde & nomen Petri à domino meruit honoris causa obtinere. Quanquam & illud obtinuerit, vt significaretur illum debere esse quasi petram fundamentalem nouæ ciuitatis Hierusalem, quam vidit Euangelista Ioannes descendentem de cælo,

*Apoc. 21.*

&



& supra duodecim lapides pretiosos  
 qui erant duodecim Apostoli, funde-  
 ram, inter quos Petrus hodie à CHRIS-  
 TUS constitutus est caput. Tu es igitur  
 Petrus, & super hanc petram, dixit Je-  
 sus, ædificabo Ecclesiam meam, ac  
 diceret, Et si ego sim petra angularis, &  
 basis fundamentalis supra quam tota  
 Ecclesiæ meæ ædificium fundatum est  
 nam, teste Apostolo, *Fundamentum aliud  
 nemo potest ponere, præter id quod positum  
 est, quod est CHRISTVS IESVS,* ni-  
 hilominus etiam supra te, tanquam  
 mihi immediatè substitutum & Vice-  
 rium, & supra tuam fidem & confes-  
 sionem fundabo & stabiliam Ecclesi-  
 am & quidem cum in modum firmabo,  
 ut quamuis aliæ particulari  
 Ecclesiæ intra procellosas huius mali-  
 gni sæculi vndas, deficient & naufragium  
 faciant: hæc tamen interire non  
 possit. Ego enim, ait CHRISTVS alibi  
 pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua.  
 Vnde & hic subiecit. *Et portæ inferi non  
 præualebunt aduersus eam.* hoc est, nec  
 malignorum spirituum impugnationes,  
 nec tyrannorum persecutiones,  
 nec peruersa dogmata, variisque &  
 callidi errores hominum impiorum  
 poterunt unquam contra illam præ-  
 ualere,

1. Cor. 3.

Luc. 22.



ualere. Poterit quidem hæc meæ Ec-  
 clesie nauicula diuersis modis vexari  
 & agitari, sed non poterit submergi,  
 ego enim ero eius nauclerus, & à Spiritu  
 meo dirigetur. Nunc cogita anima  
 mea, quanta fuerit latitia & consola-  
 tio Petri, quando intellexit se nouo  
 hoc & tam excellenti nomine à Domi-  
 no appellari, quo nomine certam  
 fiduciam illi præbebat, & quasi pi-  
 gnus, nomen suum scriptum esse in  
 cælo; velut alias Dominus ipse di-  
 xit. *Nolite gaudere, quia Spiritus vobis* **Luc. 12.**  
*subijciuntur, gaudete autem quia nomina*  
*vestra scripta sunt in cælis.* Quod verò  
 maius inditium huius habere poterat,  
 quam ab ipso Rege cælorum tali no-  
 mine appellari, quod de cælo venerat  
 vt illi imponeretur: sic, vt quantum  
 Petrus considerans seipsum quoad na-  
 turam meritò potuerit dicere cum S.  
 IOB, *Non est fortitudo lapidum fortitudo* **Iob. 6.**  
*mea.* Nihilominus nunc per hoc priui-  
 legium & singularem gratiam quam  
 Dominus illi faciebat, poterat iure di-  
 cere contrarium. *Fortitudo mea, fortitudo*  
*lapidum, vt completum videatur in hoc*  
 Apostolo, quod Patriarcha Iacob olim  
 dixit de dilecto filio suo IOSE-  
 P H O, *Inde egressus est pastor lapis Israel.* **Gen. 49.**  
 Non



*Ioan. vlt.*

Non secus Petrus nunc factus est pastor omnium fidelium, quibus CHRISTVS suas oves pascendas commisit & pariter factus est petra firma, super quam Dominus dixit se Ecclesiam suam edificaturum. Si ergo Petrus tantam habuit gaudendi causam, & gratias domino reddendi, à quo in Ecclesia tantoperè est exaltatus; tu quoque anima mea quæ gratia eiusdem Domini digna effecta es, ut esses vna ex vniuersis petris, quibus edificandi sunt muri ecclesie Hierusalem, quanta lætitiâ esse debes? maximè si consideres tot angelos in peccato suo, eoq; semel tantum commissos, relictos; totq; alias animas longè te quoad dona naturalia peritiores, è quibus tanquam ex politis lapidibus potuisset suum sanctum templum Deus exstruere, non esse electas, sed reprobatas? At inter tot creaturarum myriadas alioquin dignas, quos suos coniecit in te, & te solam elegit, quæ es instar vilis luti vel calcei qua placuit Deo nobile suum edificium conglutinare. Hic vide, quãtas gratias debeas Deo, quod te adhuc petram rudi & impolitam, gratiæ suæ donis ita firmam mare voluerit & polire, ut vnâ cū

*Gen. 2.*

terre sua  
tot an  
huius  
hoc  
CHRIST  
esse ar  
vult ve  
vel fun  
esse ab  
nis, cur  
viuæ p  
omne  
vel mi  
murus  
quam c  
inferna  
ualere  
7. CC  
quam  
cariun  
rit, ut  
statem  
eum e  
& idec  
gni celo  
terram  
que sol  
celis. V  
ster pre  
tores c



refua sanctissima, cum Angelis, cum  
 tot animabus purissimis merueris esse  
 huius ædificij petra, ac pariter cum illis  
 hoc spiritale templum efficere, cuius  
 CHRISTVS IESVS non solum vult  
 esse architectus & ianua, verum etiam  
 vult vocari eius petra fundamentalis,  
 vel fundamentum. Si tu ergò secura vis  
 esse ab insultu dæmonis, mundi & car-  
 nis, cura vt innitaris & incumbas huic  
 viuæ petræ, id est CHRISTO, in eoque  
 omnem spem tuam reponas: nam si  
 vel minimum ab eo declines, eris quasi  
 murus pendens minansque ruinam,  
 quamdiu autem illo nixa fueris, ne  
 infernus quidem totus contra te præ-  
 ualere poterit.

7. CONSIDERA, quomodo, post-  
 quam Dominus constituit Petrum vi-  
 carium suum in terris, conueniens fue-  
 rit, vt illi quoque autoritatem & pote-  
 statem cum summo gradu, ad quem  
 cum euexerat, cōgruentem, conferret,  
 & ideo sibi iunxit. *Et tibi dabo clauis re-  
 gni cælorum, & quodcunque ligaueris super  
 terram erit ligatum & in cælis, & quodcun-  
 que solueris super terram, erit solutum & in  
 cælis.* Vbi vide, quomodo Saluator no-  
 ster pro sua immensa erga nos peeca-  
 tores caritate, hominibus cōmunicet  
 H illam



illam ipsam auctoritatem, quam ipse  
**DEVS**, habebat remittendi peccata,  
 & lep-  
 sis, qui  
 non h  
 los. C  
 cellen  
 pradi  
 STO p  
 profos  
 bent p  
 non co  
 sed sp  
 animā  
 ceptō  
 auctori  
 carcere  
 quin il  
 felix &  
 felicit  
 accepit  
 di porta  
 gandi v  
 mas à le  
 ferorur  
 de deca  
 Vicariu  
 tanto a  
 Ademon  
 ores, qu  
 argui v  
 orum. I  
 &

**Apo. 3.**

illam clauem Dauid, quæ erat eius  
 pria, qua ipse aperit, & nemo claudit  
 rursus ipse claudit, & nemo alius ap  
 re potest. Hanc ipsam clauem, quam  
 postquam primorum parentum lap  
 conclusæ fuerunt cæli portæ, nulli  
 quam creaturæ puræ concesserat, non  
 infallibiliter promittit Petro, & h  
 Petrus eum confessus erat non solum  
 nomine suo, sed etiam aliorum discip  
 pulorum, sic vicissim **DOMINVS**  
 promissionem hanc facit, non solum  
 pro persona ipsius, sed etiam pro  
 omnibus eius successoribus, & Eccl  
 suæ sacerdotibus. Vbi considera  
 liberalis fuerit Dominus in Petro  
 & quam misericors erga peccato  
 in concedenda auctoritate tanta, qu  
 ta nunquam concessa fuit, nec in  
 ra, nec in cælo: non enim legimus  
 li Angelicę potestati dictum à **D**ire de  
*Quodcumque ligaueris super terram,*  
*ligatum & in cælis, & quodcumque solut*  
*super terram, erit solutum & in cælis.*  
 tantum a  
 Ademon  
 ores, qu  
 argui v  
 orum. I  
 &

**Deut. 17.**

gnat dignitas existimabatur, & veter  
 rat Sacerdotum veteris legis, quom  
 officium erat discernere inter lepro  
 orum. I  
 &



& lepram, & iudicium ferre de lepro-  
 sis, qui mundi vel immundi essent, sed  
 non habebant potestatem sanandi il-  
 los. Quanto ergo maior dignitas & ex-  
 cellentia est sacerdotum nostrorū, qui  
 præditi auctoritate, hoc loco à CHRIS-  
 TOSTO promissa, non modo possunt le-  
 profos discernere à sanis, sed etiam ha-  
 bent potestatem liberandi ab ipsa lepra,  
 non corporali, quæ solū inficit corpus,  
 sed spiritali, quæ contaminat & occidit  
 animā. Si in terra Rex aliquis aut Prin-  
 cepts cōcederet alicui feruorū suorum  
 auctoritatem includendi vel liberandi &  
 carcere quoscunq; vellet, nō dubium,  
 quin illi inter homines habendus sit  
 fœlix & beatus: quanto ergo maior  
 fœlicitas fuerit Petri, qui facultatem  
 accepit non iam claudendi vel aperiē-  
 di portas terrenas, sed caelestes, non li-  
 gandi vel soluendi corpora, sed ani-  
 mas à lethalibus laqueis peccati & in-  
 legimus ferorum. Vnde quanto maior in hac  
 Christi liberalitas in  
 Vicarium ministrosque eius in terris,  
 quanto amplior multo, imò ineffabilis  
 demonstratur Dei bonitas erga pecca-  
 tores, quod talem auctoritatem tantum  
 argui voluerit in remedium & salutē  
 eorum. Itaq; ingratiſſimi in tam beni-  
 gnū



gnum & munificum dominum, & crudeles ac impij in se ipsos sunt qui conscij suis peccatis portas cœli se oclusas, sponte se tanto benefici spoliant, eo solum, quod nolint se pedes Sacerdotum, qui claves ad aperiendas promptas exhibent, deterrere, atq; ita sibi portas claudunt &lesti patria excludunt. Contra verostiti & pij summa fiducia animum roborant in suis lapsibus, dum considerant tam facile paratū ad recuperandam gratiam remedium, nempe tantum per pœnitentiæ sacramentum clauibus Petri submittant. Ut magis completū dicere possimus, quod propheta olim dictum est. *Petra refugium* *inacis.* Nam eo ipso, quod Petrus mine nouo petre appellatus est a domino, autoritatemq; expiandi peccatorum accepit, constitutus quoq; est qualis portum & refugium omnibus peccatoribus, per hæc animalia spinosa & nocentibus: Heu dulcissime IESU, quid magis plus ex summo tuo in nos amorem stare poteras? aut quid amplius poterat à te postulare vel expectare cor hominum? quia non modo homines fecisti tuarum creaturarum dominum, non solum ei tuam diuinam perfu-

*Psal. 130.*

assumpt  
munica  
& regni  
illud p  
dere, qu  
nem qu  
minum

**O** R A  
mir  
ritum, q  
fessus est  
cillæ fid  
tiri, vt n  
in eum c  
multo et  
ris; sempe  
bus exco  
vel sanct  
docuit:  
norfico  
spectu al  
cordis in  
quod ali  
ni patris  
dire.

1. **P**etr  
de j



assumpta carne & forma humana com-  
 municasti, verum etiam ei domus tuae,  
 & regni tui claves tradidisti, ut possit  
 illud pro arbitrio suo ingredi & possi-  
 dere, quod non est aliud, quam homi-  
 nem quadantenus facere Deum & Do-  
 minum regni caelorum.

COLLOQUIUM.

**O**RABIS CHRISTVM Do-  
 minum, ut per fidei & amoris me-  
 ritum, quo Petrus eum filium Dei con-  
 fessus est, velit tuae modicae & imbe-  
 cillae fidei tantum robur & vim impar-  
 tiri, ut non solum corde firmiter possis  
 in eum credere, verum etiam verbis, ac  
 multo efficacius operibus eum confite-  
 ri; semper procurando omnibus viri-  
 bus exequi, quicquid ille te vel verbo,  
 vel sanctae conversationis exemplo *Matt. 20.*  
 docuit: ut recepto in hac vita tam ho-  
 norifico testimonio in hominum con-  
 spectu ab ipso, merearis cum summo  
 cordis iubilo gratissimum testimoniũ  
 quod aliquando in altera vita in ateri-  
 ni patris praesentia communicabit, au-  
 dire.

DOCUMENTA.

1. **P**ETIUIT DOMINVS, quam opinionem  
 de se haberet populus; ad informandos  
 H 3 Pre.



Prelatos & Doctores, omnesq; qui curam habent alios gubernandi in temporalibus & spiritualibus ut studeant explorare hominum de se opinionem, non per iactantiam, aut ob illicitum aliquem finem, uti quidam faciunt, sed ad emendandos suos defectus, si essent, & mouendasque mali occasiones: Et si foret aliquid boni pre manibus, illud ad aliorum edificationem & utilitatem promoueant.

2. **CHRISTVS** ab Apostolis exegit rationem Fidei turbaram, ad quas instruendas ad mirum erant missi, ut intelligunt Prelati, sicut ad ipsos pertinet docere subditos, ita quoque ad Deum de earum fide & moribus rationem reddituros, & si contingat eos in institutis populo fuisse negligentiores, aliquando periculum.

3. **CHRISTVS** interrogans discipulos, quod turbarum esset de se opinio, appellat se hominem nomine & vili, nempe, si in hominis. Cui Petrus respondens eius interrogationi, appellat Messiam & filium Dei viui: Quare debemus semper debere nos submissè loqui de nobis, & si forte ob opus aliquod bonum diuina gratia adiuuante a nobis prestatum, mereamur aliquam laudem, illam conuertere ad Deum potius, quam a nobis enūciari, secundum illud

**Prou. 27.** Laudet te alienus, & non os tuum, & transiens & non labia tua.

4. **TURBAE** uti non erant sub vno capite

Sed in  
vni fide  
stali si  
sto, ita  
Petri e  
capite  
Cathol  
vno ca  
inueni  
non po  
ipso CH  
liū. Ver  
capite  
vni null  
sunt hab  
eorum f  
CHRIS  
inheret  
5. IN  
hominu  
fecit int  
modi qu  
recepisse  
Religiosi  
hac vita  
tis orna  
multa in  
prim est  
quarere  
multum



Sed inter se diuise, ita non vna quoq; erat eadē fides & opinio de CHRISTO. Contra Apostolicū erāt vniti sub vno Magistro Christo, ita vna erat omniū fides & opinio, vnius Petri ore explicata, qui loco Christi omnium caput erat, vnde intelligimus, in sola Ecclesia Catholica & Apostolica, quæ vnita est sub vno capite, CHRISTI Vicario fidei vnitatē inueniri & consequenter veritatem quæ esse non potest nisi vna, confessæ & tradita ab ipso CHRISTI vicario, capite omnium fidelium. Verū alij qui sunt extra ecclesiam, ab hoc capite & ab hac vnione Apostolica separati, vti nullam habent vnionem, ita nullam possunt habere veritatem. Atque ideo varia est eorum fides, dissimilia quoque singulorum de CHRISTO iudicia, de quæ religione, vt liquet in hereticis & scismaticis.

5. IN questione proposita, quæ esset opinio hominum de se, Dominus discrimen aliquod fecit inter turbas, & suos discipulos, vt eiusmodi qui prius luminis & plura beneficia à se receperant: Quo indicaret se plura exigere à Religiosis & Ecclesiasticis, alijsque quos in hac vita præstantioribus donis & charismatis ornauit, quam ab alijs, quibus non tam multa impertijt, conuenienter illi quod scriptum est, Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo, & cui commodauerunt multum, plus petent ab eo.

LUC. 22.



6. **CHRISTO** rationem exigenti de fide Apostolorum, etsi omnes idem crederent, solus tamen Petrus, ut caput omnium, respicitur; unde & Dominus illi sigillatim dixit: Etiam reuelationem à Patre cælesti. Quæ ex perspicuè colligitur ad Petri successorem primis pertinere solutionem controuersarum de fide, alijsq; rebus ad eam pertinentibus; pote illum, qui speciatim à spiritu sancto hoc instruitur & dirigitur. Et eadem de causa dominus voluit Petrum esse Apostolorum Principem, ut Ecclesia haberet caput, vicarium suum, ad quod membra eiusdem Ecclesie non sint in dissidio aliquo habere suum persequantur.

Matt. 18.

7. Etsi omnes Apostoli habuerint à **CHRISTO** potestatem remittendi peccata: tamen Petro singulatim Dominus tradidit regni cælorum clauas, & potestatis iudiciarie precipuarum: ut intelligerent fideles omnes quocunq; quocunq; modo ab unitate fidei se secesserint, & à sua societate separauerint, non posse villo modo se à laqueis peccati erigere, ac multò minus cælestis regni portam intrare.

8. **CHRISTVS** dum collaudat Petrum vocando eum beatum, simul occasionem militatis præbet dicens: Quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Vnde discere possumus, quam parci esse debeamus in laudandis alijs: quando autem conueniens est, laudare

dare  
feri a  
vanit  
quicq  
omn  
perfe  
9. S  
mutat  
trus, v  
nisset  
sione  
nomin  
de ex  
promi  
bus po  
stans,  
cum v  
ni suo,  
tutes.  
10. C  
nis, vo  
Dei, i  
que ex  
ri debe  
cum pr  
Sancto  
tamen  
gentili  
illis im  
11. D



dare aliquem ob bonum opus præstitum, ita fieri debet, ut ille non inde occasionem capiat vanitatis sed humilitatis potius, transcribens *Iac. 1.* quicquid factum est auctori Deo, à quo est omne datum optimum, & omne donū perfectum.

9. Simoni, quando confessus est Christum, mutatum est nomen, & vocatus est ab eo Petrus, ut ex memoria impositi nominis meminisset esse constans, & perseverare in confessione facta; sic quilibet fidelis ex memoria nominis Christiani in baptismo recepti, deinde ex obligatione eiusdem nominis, quando promisit se renuntiaturum diabolo & omnibus pompis eius, meminisse deberet esse constans, & facere satis promissioni tunc factæ, cum voluntate imitandi, conuenienter nomini suo, non mundi vanitates, sed Christi virtutes.

10. CHRISTVS mutauit nomen Simonis, vocando eum Petrum: hic enim est mos Dei, imponere nomina conuenienter officijs quæ exercere debent. Vnde merito pudescere deberent multi Christianorum parentes, qui cum profiteantur se sequi Christum, eiusque Sanctos, nec aliud putentur facturi eorum filij tamen non Christianorum aut Sanctorum, sed gentilium, vel alia vana huius mundi nomina illis imponunt.

11. Dominus primo Petrum fecit petram,



*& postea super illam fundavit suam Ecclesiam. Unde discere debent, qui à Deo electi sunt ad aliquod officium, quantumvis sublime & arduum, non mox trepidare, aut omnium despondere: nam qui eos elegit, non desinit quoque viribus vel præsidiis necessariis munus suum exequendum; qui vero electi sunt, sed ultro se ingesserunt, magnam trepidandi causam habent.*



**DE TRANSFIGURATIONE DOMINI IN MONTE.**

*MEDITATIO VII.*

*EVANGELIUM.*

*Matt. 17.  
Mar. 9.  
Luc. 9.*

**A**SSUMPSIT IESUS Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ascendit in montem ut oraret, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & transfiguratus est ante eos. Et respiciens